



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 9. Onuphrio, singulis Dominicis diebus Angelus SS. Eucharistiam ministrat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

§. IX.

Onuphrio, singulis Dominicis diebus, Angelus SS. Eucharistiam ministrat.

Petr. de
Natalib.
lib. 5. cap.
106. Mar.
Marul.
lib. 4. cap.
12. Ioan.
Garetius
cent. 4.
circa An.
282.

Psal. 77.
35.
S. Ambr.
in Tract.
de myste.
c. 9.
S. Ambr.
serm. 5.
de sacrā.
ad Neo-
phytos.
6, 21

Per annos adeò sexaginta Onuphrius Confessor, & Dei assiduus cultor, in vastissima profundissimāq; Aegypti eremo, hominibus incognitus vixerat. Ex his, triginta annis, in cibum vsus fuerat solis palmæ fructibus, & herbarum radiculis. Reliquis triginta annis, solo pane vite vitam sustentauit. At quia deerat sacerdos, qui eum diuinum panem ei porrigeret, adfuit, singulis Dominicis diebus, Angelus, vice sacerdotis functus. Tum verè dici potuit: *Panem Angelorum manducauit homo.* Et quia *cor nostrum esca ista confirmat*, vt ait S. Ambrosius, mirificè fuit Onuphrius hac esca confirmatus. Nam grauissimas cacodæmonum insidias, heroica mente, superauit. Quod robur, vt & alij accipiant, ipse Christus inuitat, & sui sumendi desiderium incendit. *Venisti ad altare*, ait idem S. Pater, *vocat te Dominus IESVS, vel animam tuam, vel Ecclesiam,* & ait: *Osculetur me ab osculis oris sui.* Osculatur enim Christum, qui eum ore reuerente & amante excipit. *Vis ad Christum aptare? nihil gratius. Vis ad animam tuam?*

nihil

nihil incundius, osculetur me. Vides te mundum esse ab omni peccato, quia delicta deterfa sunt: ideo te sacramentis cœlestibus dignum indicat, & ideo inuitat ad cœleste conuiuium. Osculetur me osculis oris sui. Ideo si non est, qui tibi panem frangat, ipse frangit, ipse se porrigit. Audi istius amoris signum aliud, & penè domesticum, quod Raderus, in Bauaria Sancta, de Friderico Ratisponensi, homine illiterato, his verbis refert. *Occupatum olim, in lignili, vehemens Eucharistiæ desiderium inceserat: cum interim sacerdos sacris operatus, animaduertit, sibi de altari sacram hostiam, aut, ut reor, partem hostiæ subductam, quam anxie circumspiciens, diuq; requirens, tandem intellexit, à cœlite Friderico impertitâ.* Sic fit, quod dictum est: *Exultent & latentur in te omnes, qui quærunt te.* Si plures quærerent, plures inuenirent. Quod in alio exemplo disce.

Matth.
Rad. part.
1. Bauar.
Sanct.
pag. 157.

Psal. 69.

5.

§. X.

Bertranda desiderium communicandi diuinitus in letum.

In S. Elzearij vita legimus, Bertrandam Carmaram Carpentoratensem, innocentis vitæ mulierem, & diuinarum rerum admodum peritam, solenni quodam festo, die, ad

Surius c.
5. die 27.
Septēbr.
in vita
S. Elze-
arij c. 17.

ad